

Alte Drucke

Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, || Metropolitanæ
Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de Sanctis, quorum
à Festo || Pascæ vsque ad Aduentum in ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

IN DIE OMNIVM ANIMARVM EVANGELIVM. Ioan. 6.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150413

ritabit, quasi à Deo non diligemur? An mors nos separabit à Charitate Dei? Nullo modo. Scriptū quidem est: Quia propter te mortificamur tota die. Idq; nos experimur quotidie. Sed non ideo non diligimur à Deo, sed & in his omnibus superamus propter eū, qui dilexit nos. Hac intentione hæc festiuitas consideranda est, primò quid in sanctis operatus est Deus, deinde quid nos ab ipso sperare debeamus. Etenim non modo alios, sed nos ipsos respicere necesse est. Illi quidem præcesserūt nos, sed expectant nos, vt qui sine nobis perfectam gloriam non obtinent. Festinemus ergo, vt huius vitæ perfecta fabula, in æternam lætitiā introeamus. Gratia Dei nobiscum, Amen.

Psal. 43.

IN DIE OMNIVM ANI- MARVM EVANGELIVM.

Ioan. 6.

OMnis quod dat mihi pater ad me venit: & eum qui venit ad me, nō eiiciat foras: quia descendi de cœlo, nō vt faciam voluntatē meam, sed volūtatem eius qui misit me. Hæc est enim voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi, nō perdā ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.

EODEM DIE EPISTO-

la. 1. Machab. 12.

Fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes, quæ facta sunt pro peccatis eorū, qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim milia drachmas argenti misit Ierosolymā, offerri pro peccatis mortuorum sacrificiū, bene & religiosè de resurrectione

Hb 4.

ctione

ctione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resur-
recturos speraret, superfluum et vanum videretur ora-
re pro mortuis. Et quia considerabat, quod hi qui cum
pietate dormitionem acceperant, optimam repositam
haberent gratiam. Sancta ergo & salubris cogita-
tio, pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur,

SERMO VNICVS.

Anno 1545. habitus Respondet
autem priori de omnibus
Sanctis habitus.

Prou. 9.

Hesternum sermonem cum Augustino exorsus sum,
hodiernum vero cum Salomone auspicabor. Da,
inquit ille, sapienti occasionem, & addetur ei sapien-
tia. Doce iustum & festinabit accipere utique verum di-
ctum hoc est. Nam & prouerbium vulgo fertur Doctis
bonum esse predicare. Neque vero multa hortatione e-
get sapiens, qui ex minima, quantumlibet voce profun-
da meditationis, occasionem sumit. Stultus vero etiam si
multa audiat atque loquatur, nihil tamen proderit ei. Id
vero multa demonstratione non eget, ut quod plus æquo
omnibus manifestum est, & multorum etiam est nostris ex-
emplis probatur, si enim sciremus omnes, non esset opus
multis, quæ nunc sunt necessariæ. Quia vero (dolor) non
vix debuius sapimus, quia stultorum semper maior est
numerus, calcaribus opus est. Sic Paulus Romanis scri-
bens ait: Sapientibus & insipientibus debitor sum. Idem
Ecclesiæ usus docet, quoties enim congregamur, popu-
lusque fidelis in sua deuotione persistit, semper Euange-
lium & epistola, aliaque. Scripturæ proponitur. Et hæc
prudentibus sufficerent. Sed quia maior pars impruden-
tior est, externis quibusdam caeremonijs, festiuitatibus-
que opus est. Hac ratione heri omnium sanctorum festi-
uitas, hodie omnium animarum memoria instituta est. At
prudentibus neutro horum opus est. Lex iusta non est po-
sita, inquit Paulus. Nec est necesse prudentibus facienda,
omittendaue præscribas. Per se enim quod bonum est
facit, quod malum refugit. Idem & hic ego dico, pruden-
ti nulla festiuitate priuata opus est. Et quid sibi enim
cum

Rom. 1.

cum sit lex, quæ iusta sunt facit, gaudet cum gaudentibus, flet cum flentibus : cogitationibus suis nunc sursum cœlos penetrat, nunc deorsum ad inferna descendit: nec solum pro gratia à Deo accepta exultare, verum etiā miserias quæ nobis ex nobis sunt cogitare nouit. Et hoc Sapientis est. Sed horum pauci sunt. Quot verò sunt, qui nec acceptæ à Deo gratiæ meminerunt, nec propriæ indigentiae recordantur. Ecce hi non modò omnium sanctorum festiuitate, verum etiam omnium animarum memoria egent, ut altero Dei gratiam, altero propriam egestatem agnoscere discant: Atque utinam vel sic sapere inciperent. Nemo pius propterea has duas diuersissimas meditationes ita continuas meretur. Si enim sapimus, multa nobis rectè cogitandi occasio data est: quod si nec sic intelligere quis voluerit, videat ne eorum ex numero sit, de quibus dicitur: Noluerunt intelligere ut bene agerent. Nescire enim peccatum non est, sed nil velle discere nemo excusauerit. Sux quisque saluti intendat, satis magna enim occasio supeditatur, quam susceperimus, nostro bono arripiemus, sin verò, nemini alteri, cum perierimus, imputemus. Utinam scirent homines, & intelligerent, inquit Moses, ac nouissima præuiderent. Pium sanè vortum: sed sine effectu. Plurima enim pars imprudens perseverauit. Atque utinam prudentes imitemur, nam & hoc abundè sufficeret. Egregium quid sanè est, sibi ipsi posse consulere: verum tamen perpulchrū est eum qui hoc nescit, optima, rectè consulentes sequi. Verum si quis nec ipsi suis rebus consulere potest, nec aliorum sequi vult monita, hic sanè minimam de se spem præbet. Atque hæc ideo dixerim, ut eo minùs refutemus, quæ nostris commodis seruiunt. Iam verò quòd omnium sanctorum festiuitas nobis commodet, heri dictum est. Nunc porrò cui rei & quantum hæc dies seruiat videamus. Principiò ergo hanc diem non vita functis tantum, sed & nobis residuis commodare. Id quod vel ex eo liquet, quòd non modò pro defunctis utimur precibus, verum etiam Euangelia Epistolas aliæque scripta ad consolandos viuentes recitamus. Idque non sine causa, imò optimè ita constitutum est. Minus enim nostra esset prudentia, tantum orare pro mortuis, & non etiam nos co-

Psal. 35.

H h 5 sola.

solationibus munire aduersus mortem. Econtra necre-
prehensione careret, nostri solummodo curam velle ge-
rere, charorum verò nostrorū qui in Domino obdormi-
erūt obliuisci penitus. Propterea hæc duo cōiunxit Ec-
clesia, & ita sanè oportuit, licet non omnibus ex aquo
placeat. Nam quod cōsolamur viuos, nemo arguit: quod
autem pro defunctis preces fiunt, nonnullis displicet.
Cui sanè non minimam occasionem præbuerunt tot cir-
ca defunctorum memorias abusus, quemadmodum &
alia quædam per se quidem bona sunt, propter tamen
abusus à multis hac ætate rejiciuntur. Equidem speraf-
sem fore, vt Ecclesiæ procures expergefacti, quam ini-
micus humani generis zezaniam in bonum semē insemi-
nasset, considerassent. Sed nemo hūc vsq; manum admo-
uit, nemo cogitauit, id quod & mihi (vt quod res est fate-
or) prædicandi adfert tædium, nempe cum nemo sit qui
quod malum est tollere velit. Neque tamen, vt alij, qui
propterea cum zizania euellunt triticum, quod abusus
quidam irreperunt, totum negotium cōdemno. In-
doctus habetur Medicus, qui inter ipsum morbum &
accidens morbi nihil discernit, atq; eiusmodi omnino
est. Sic haud dubiè crassus erit Theologus, qui inter rei
substantiam atque abusum nullam nescit differentiam.
Quod in Ecclesia pro mortuis preces fiunt, per se malū
non est, neque id quisquam probauerit vnquam. Princi-
piò enim constat, ab initio in Ecclesia nō modò Latina
verumetiam Græca id vsu receptum fuisse. Et horum
hominum consensus mihi sufficit, vbi expressam scri-
pturam non inuenio. Et Ecclesiam quidem Paulus co-
lumnā & firmamentum veritatis vocat. Tum Chri-
stus perpetuam suis, Spiritus sancti præsentiam promisit.
Cum igitur Catholica Ecclesia hoc antiquitus perpetuo
consensu obseruauit, dubitare potest nemo, ex spiritu
sancto esse, maximè cū scripturis non repugnet, imò
validè ex ea conuinci possit. Quæris qui hoc? Ecce
heri audiuius, quomodo Ioannes totam scripturam,
atque vniuersa præcepta in vnum quasi fasciculum com-
prehendat: Hoc est, inquit, Mandatum Dei, vt creda-
mus in nomen vnigeniti filij eius Iesu Christi, & dili-
gamus inuicem, sicut mandauit nobis. Quicquid ergo
nec

per nos pro defunctis
est ab ecclesia
receptum.

1. Tim .1.

modis seruit, quod defunctorum in Ecclesia obseruatur memoria. Atq; hoc est, quod initio dixi, tam nostri quā defunctorum causa hāc diem instituta esse. Imò si rectē rem attenderimus, necessarium omnino institutum est.

Quæris cur ita? Nēpe hoc ipso docetur, quomodo patres minime risum arbitrati sunt, aut iocū esse, quod Sa-

lomon dixit: Melius est ire ad domū luctus, quā ad do-

mum conuiuij. In illa enim finis cunctorū admonetur, ut

hominū, vt uiuens homo cogitat, quid futurum sit. Hæc

quia serio cogitauerunt patres, vbiq; mortis imaginem

sibi præfixerunt, vehementerq; circa mortuos occupa-

ti, cū ipsis perseuerauerunt, ipsorū funera deduxerūt, se-

pelierunt, nec longē sed proximē humarunt, anniuersa-

rias memorias instituerunt & obseruarunt, ideo ne, quo-

modo obliuiscerētur defunctorum. Tam verò hac tem-

pestate omnino contrariū facimus. Præterea ideo etiam

memoria defunctorū in Ecclesia necessaria est ad fidei

nostræ confirmationē, qua sublata omnino, interire ho-

minem corpore atq; anima arbitrentur multi. Adde

quod & scripturæ, quæ hic leguntur, manifestē indicat,

quomodo nō defunctorū causa tantū, sed & viuorum

iustitia hæc sint. Tria enim sunt quæ nos grauāt, mors,

prædestinatio, iudicium. Aduersus hæc omnia defuncto-

rum nos consolatur memoria. Mors te terreat? Ecce E-

uangelium tibi: Ego sum resurrectio & vita. At prædes-

natio cōturbat? Audi Christum dicentem: Omne quod

dedit mihi pater, ad me veniet, & cum qui venit ad me,

non eijciam foras. Sed Iudicium te angit? Sicut pater su-

scitat mortuos & viuificat, ita & filius quos vult viuifi-

cat. Atq; his finem imponens hæc sufficere arbitror, vt

nemo rectē defunctorum fugillare possit memorias

Quod si quis hac parte contentiosus esse voluerit, cum

Paulo respondeo: Nos talem consuetudinem non ha-

bemus, neque Ecclesia. Spero autem atque confido,

vt his contenti pij, rem exactē sint considera-

turi affectu Christiano. Gratia Dei

nobiscum. Amen.

not in futuro
de defunctorum
Eccle. 7. p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.

Defuncti p. 10. 11.